

Ms. No. II, 165.

h. 44, # 12

X 1880738



I. N. 7.

DIATRIBE JURIDICA

De

DOTATIONE

FILIAE PRINCIPIS,

ET IN SPECIE DE COLLE-

CTIS MARITAGII,

*Vulgò*

**Fraulein-Steuer.**

O. & S.

AHASVERI FRITSCHII, D.

Com. Palat. Cæsar. Confil.

Schvvartzburg.

---

Impensis MARTINI MÜLLERI, Bibliopol. Numburg.

GERÆ,

Literis GEORGII HEINRICI MÜLLERI

ANNO M DC LXXI.



201. II. 21  
11. 11. 1871





## PRÆFATIO.

**C**ùm in feriis hisce canicularibus occasio data fuerit, de iustitiâ exigendi collectas maritagii sententiam nostram exponere, placuit, eam paucis pagellis comprehensam, sine ullius præjudicio amicis cõmunicare. Fatemur, nos à novarum exactionũ, quæ durissimo ac tristissimo hoc sæculo, ubiq; ferè sunt gravissimæ, inventione & adprobatione, extra casum veræ & publicæ, & urgentissime necessitatis, maximè abhorrere, seriò optantes, ut magnorum Principum Ministri eandem mentem teneant, & quantum in istis est, Principes suos ab injustis extorsionibus omni stu-

A 2 dio

dio & ope dehortentur, cogitentque il-  
lud Symmachi, ad Valentin. Imper.

*habere hoc publicas necessitates, ut impossibilia plerumq; persuade-  
ant, sed cauto opus esse, ne si adjiciantur insolita, cessent consveta.*  
*Dab. Rudelst. è Museo, d. V. Aug. clō cl cLXX.*

---

## INDEX CAPITUM.

### CAPUT I.

Quatenus publicè intersit, foeminas esse dotatas.

### CAPUT II.

An Filia Principis pecuniâ aut bonis immobilibus dotanda?

### CAPUT III.

De Modo & quantitate Dotis.

### CAPUT IV.

An dotatio incumbat Domanio Principis, an verò ex subdito-  
rum loculis fieri debeat?

### CAPUT V.

An vi consvetudinis universalis Germaniæ dotatio Filiaæ Prin-  
cipis subditis incumbat?

### CAPUT VI.

An & quatenus consvetudo, quâ onus dotandi Filiaæ Principis  
subditis injungitur, valeat?

### CAPUT VII.

Proponuntur Declarationes quædam sententiæ, consvetudi-  
nem istam admittentis,

### CAPUT VIII. & ULT.

Expenduntur aliquot quæstiones collectam maritagii concer-  
nentes.

I.N. J.

I. N. 7.

DIATRIBE

De

DONATIONE FILIÆ PRINCIPIS,  
ET COLLECTIS MARITAGII.

CAPUT I.

Quatenus publicè interfit, fœminas  
esse dotatas.

SUMMARIA.

*Reip. interest, meliores esse dotatas. n. 1. & 2.*

*Dotis constituendæ ratio quæ apud Romanos? n. 3. & 4.*

*Absq; dote non facile nubitur. n. 5.*

*Quid in Regiarum fœminarum nuptiis? n. 6. & seq.*

*Matrimonia Principum Ratione Status nituntur. n. 9.*

*Qualis uxor Principi ducenda. n. 13.*

*Liberi munimenta Imperii. n. 15.*

*Repudiare uxores steriles Principes sibi pro Privilegio habere volunt. n. 16.*

*In privatorum nuptiis pecunia, in Principum verò matrimoniis ratio Status rejicitur. n. 17.*

I.

**R** Eip. interesse, mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt, ait Iustus Paulus in l. 2. ff. de jur. dot. Adsentit Pomponius, in l. 1. ff. solut. matrim. quando ait; publicè interesse, dotes mulieribus conservari. cum dotatas esse fœminas ad subolem procreandam, replendamq; liberis civitatem maxime sit necessarium. Nimirum dotis constituendæ ratio in Romanorum Republicâ exindè fluxisse videtur, quòd mulierem indotatam, vulgò contemptim haberi, experientia doceret, quodque amor

A 3

mariti



4 mariti exstingvi pateretur, si pro matrimonii oneribus, quæ  
tàm varia ac gravia esse solent, ferendis, nihil quidquam à par-  
te uxoris ipsi concederetur levaminis. Ut ergò huic malo pu-  
blicè pernicioso remedium quæreretur, consuetudine ac mo-  
ribus introducta dotandæ filia conditio, ex quâ deinceps mu-  
lieris intererat, ut inciperet esse dotata. *l. 73. §. 3. de C. & D. d. l.*  
*2. de jur. dot.* Et cùm temporum successu nemo quisquam  
indotatam ducere facile volebat, dotatas autem esse foeminas  
ad subolem procreandam replendamque liberis civitatem ma-  
ximè erat necessarium. *d. l. 1. sol. matr.* subveniebat Lex Roma-  
na ac utilitate matrimoniorum publicâ svadente, introductam  
5 istam consuetudinem adprobabat. Scilicet, absque dote non  
facile nubitur: si non nubitur, non sunt matrimonia; si non  
sunt matrimonia, non sunt liberi homines, non sunt cives, si  
non sunt cives, non est quoque civitas & Respublica, quæ con-  
cipitur, crescit, & amplificatur civium & familiarum incre-  
mento & amplitudine, ut colligit Ant. Heringius *tr. de fidejuss.*  
*cap. 7. n. 454.* cui add. Joh. Petr. Fontanell. *tr. de pactis nuptial.*  
*tom. 2. claus. 5. gloss. 1. Part. 1. n. 5. & seqq.* ubi elegantissimè hæc  
6 tractat. & Joach. Hopper. *de verâ Jurisprûd. lib. 10. tit. 2.* Cùm  
nonnullis (ait) legum conditoribus placuit indotatas esse Uxores, ut  
non census, sed morum & generis & formæ ratio habeatur: Jus  
civile Romanorum sic est compositum, ut ad communes hominum  
mores respiciat, iisq; leges quàm aptissimas adcommo-  
det. Et ideo, ut tum quidem ad legitimas nuptias masculi invitentur ad civitatem  
legitimâ prole replendam, ne deficiat, quæ ratio naturalis est & ci-  
vilis, tum verò foemina, rei familiari tantò diligentius studeant, dum  
rem suam etiam conservant, quæ est ratio Oeconomica: placuit, non  
solum dotes permitti, sed & favorabiles haberi.

## II.

Hæc ita in privatorum civium matrimoniis promovendi obtinent, ac pro illis jura ista à Romanis scripta sunt. In Regum, Principum ac Magistratum nuptiis alia ratio, & conditio

ditio, alia jura & observationes. Nituntur scilicet magnorum 9  
Principum matrimonia ratione Status, quæ communiùs non  
tàm amplitudinem dôtis, quàm obfirmationem Principatus  
musculam prolem, vél novam amicitiam, fœdera, vel pacem  
ac tranquillitatem publicam respicit. Solent Politici hæc ma- 10  
gnorum Principum matrimonia firmissima esse instrumenta,  
& vincula publicæ Amicitia; hisce namque stabiliuntur fœde-  
ra antiqua, aut contrahuntur nova, vel parantur affinitates, vel  
delentur veteres inimicitia; & pax & tranquillitas publica cor-  
roboratur. Dn. & Arn. Myler. *Gamalog. cap. 4. §. 17. ubi ait:*  
quòd eâ consvetudine nihil & olim fuerit apud Romanos, &  
hodiè sit inter Reges & Principes familiaris. Benè enim 11  
tùm agitur cum Republ. quando adfinitates contrahuntur, *non*  
*ad cumulandas divitias*; Sed in bonum Reip. Valer. Max. *libr. 4.*  
*c. 4.* Exempla pænè multa congeffit D. Myler. *d. cap. & Regiis fa-*  
*miliis Hispanorum ac Gallorum quotidiana sunt.* Hoc sensu 12  
Pierre Matthieu. *in vitâ Henrici IV. lib. 5.* scribit: *Il n'ya point trop*  
*de filles, en un maison souveraine.* Secundum Tacitum (*lib. 12.* 13  
*Annal.*) Principem deligere oportet fœminam nobilitate,  
puerperiis & sanctimoniâ insignem. Vid. Tract. nostr. *de Au-*  
*gustâ Romanâ cap. 2. per tot.* Prudenter Philippus Cauriana 14  
fœcunditatem ac pudicitiam raras & cœlestes dotas illustrium  
fœminarum appellat. *Veramente, ait, felice si doverrà chiama-*  
*re quella Donna nobile, alla quale queste due grazie celesti erare si*  
*possono con verità attribuire si come è avenato, che nelle Serenissi-*  
*me Principesse di Ferdinando d' Austria, figliuole sono state da celeste*  
*disposizione, come ognua sa concedute Discors. ad lib. 1. Tacit. An-*  
*nal. pag. 176.* Sunt scilicet liberi munimenta imperii, subsidia, 15  
& adminicula aulæ. Et *Le seconde fin du mariage d'un Prince est,*  
*la conservation d' Estat par les Enfans.* D. Myl. *d. c. §. 11.* Undè 16  
est, quod Principes absoluti instar privilegii sibi licere putent,  
repudiare uxores, formâ, pudicitia, obsequio probatas quidem  
sed steriles. Forstner. *ad Tacit. lib. 12. Annal. cap. 2.* Quemad- 17  
modum

modum igitur in privatorum hominum nuptiis cum primis & regulariter ad amplam dotem respicitur; ita in connubiis Magistratum ad Statum publicum firmandum, conservandum, amplificandumve. *Ne i maritaggi Reali ben si sà, che per la minima delle circostanze si consideri la dote. Serva questa di lenocinio alle cupidigie de' Privati; ma non faccia figura intorno ad Tro-no de' gloriosi Monarchi, graviter scribit Autor Refutationis Scripti Gallici, de pratens. Regis Francia in Flandr. part. 1. capit. 4.*

## CAPUT II.

### An Filia Principis pecuniâ aut bonis immobilibus dotanda?

#### SUMMARIA.

*Filia Principis non terris sed pecuniis dotanda. n. 1. & seqq.*

*Bona domanialia non sunt dividenda. n. 5.*

*Diminutio bonorum magna ac inducit diminutionem dignitatis, num. 6.*

*Jus primogenii quâ ratione nitatur. n. 7.*

*Consuetudo excludens foeminas à successione laudatur. n. 8.*

*Adducuntur exempla. n. 9. & seq.*

#### I.

**V**ideamus nunc, in quâ re illustrium foeminarum dotes consistere debeant? Et svadet publica ratio, non possessiones ac terras, sed potius pecunias dotis nomine filiabus nupturientibus dari. Quàm enim perniciofa ac periculosa sit principatum & territoriorû variatio & ad peregrinos, & quandoque ignotos Dominos translatio, & quantum omnis ferè Reip. mutatio conversionem adferat, in confesso est apud omnes. **N**ovos namque Dominos, novæ leges, novi in provinciâ & municipiis Magistratus, nova instituta, novi mores, novi hostes sequun-



sequuntur, nova vitæ ratio sequitur. Philipp. Knipschild. *de fideicom. famil. cap. 8. n. 286.* Plerumque etiam ingenia Principum ac Dominorum in peregrinos subditos duriora esse solent, atque ideò vix ulla est natio, quæ propter morum diversitatem diu imperium peregrinum ferat, teste Cominæo *lib. 8. de rebus gest. Ludov. XI.* Præterea per divisiones atque alienationes bona domanialia diminuuntur & ad destructionem ac ruinam deducuntur; ac divisione dignitas familiæ ejusdemque memoria, ac universa patrimonia corrumpuntur. Socin. *conf. 47. n. 5.* Molina. *de Hispan. Primogen. lib. 1. c. 11. n. 4.* per unionem verò bonorum eadem conservatur, illustrior, augustior, & fortior redditur. Diminutio bonorum inducit etiam diminutionem dignitatis, sicuti conservatio bonorum conservacionem dignitatis & honoris inducit. Vultej. *lib. 4. Marpurg. cons. 54. n. 11.* Add. Nic. Bersius. *de part. illustr. fœm. cap. 9.* Gail. *lib. 2. obs. 153.*

## II.

Eadem ratio in multis Regnum ac Principum familiis primogenii jura introduxit: Eodem fundamento nititur universalis ferè totius Europæ consuetudo, quâ fœminæ à successione in Regnis ac Principatibus in perpetuum excluduntur, ac quali quali dote acceptâ contentæ esse jubentur. Præterea existant in Germaniâ nostrâ familiæ pacta ac statuta non pauca, quæ dotatione filiarum illustrium in bonis immobilibus fieri, expressè prohibent. Sic in Instrumento Divisionis Electoris Brandenburgici de anno 1473. cautum: *Das kein Marggraf sol Land und Leute zum Heyrath Gut geben.* Springsfeld. *de Appanag. c. 12. n. 35.* ubi etiam *n. 32. rectè ait: dotem filiarum ac sororum illustrium regulariter in pecuniâ numeratâ constitui.* In Regno Franciæ ex dispositione Legis Salicæ, idem observari notissimum, quamvis exempla non desint, quæ docent, olim nonnumquam terras filiabus dotis nomine adsignatas fuisse. Vid. Bersius, *d. tract. cap. 6. ferè ad fin.* Springsf. *d. l. hodiè certè secus est.*

B

Joh,

- 3 Joh. Papon. *in Arrest. lib. 3. tit. 10. arrest. 1. ubi ait*: quantum ad filias attinet, quoniam in familiam alienam transeunt, nunquam eis terra aut portio aliqua Domani Regii adsignatur, verum pecunia tantum. Bodin. *de Rep. lib. 6. cap. 5.* Quid in Monarchiâ Hispanicâ hodiè obtineat, vid. latè laudatus Auctor *Refutat. part. 1. & 2. passim.*

## CAPUT III.

De

### Modo & quantitate dotis.

SUMMARIA.

*Filiabus congrua dos debetur. n. 1.*

*Quæ dos legitima? n. 2.*

*An in dotatione Filia Principis præcisè ad quantitatem bonorum respiciendum? n. 3. & seq.*

*Negativa adseritur. n. 7.*

*Princeps est persona publica, & ut talis agere debet, non ut pater. num. 7.*

*Quæ sit Legitima liberorum? n. 8.*

*Consultum est, dotis quantitatem in familiis Principum esse determinatam. n. 10.*

*Abducuntur exempla. n. 11. & seqq.*

*In Galliâ dotium modus quis? n. 23.*

*An locus sit querelæ superlesione ob dotem minus congruam inter Principes. n. 26. & seq.*

I.

- 1 **F**iliabus congruam dotem deberi, apud omnes in confesso est. Reinking. *in enarrat. l. ult. n. 151. & seq. C. de pact. Communiter autem obtinuit, eam dotem legitimam censer, quæ secundum mores regionis, numerum liberorum, quantitatem bonorum paternorum, nubentium statum & conditionem, locorumque qualitatem constituitur. l. 60. l. 69. §. gener. de jur. dot.*

dot. l. Filia 43. in fin. de L. 3. Paris. conf. 63. n. 52. & seq. vol. 2. Pa-  
cian. conf. 38. n. 12. H. Pist. 2. q. 37. n. 10. & seq. Honded. conf. 10. n.  
31. lib. 1. Quæritur autem; An in dotatione Filia Regis vel Prin- 3  
cipis, ad patrimonii quantitatem præcisè respicendum sit, ita ut se-  
forte dos Filia data legitime bonorum Paternorum non respondeat,  
Filia de læsione queri possit? Ita vult Autor libelli, de præsens. Regis 4  
Franc. Provinc. Hispan. Belgii, qui dotem quinque centum milli-  
um scudorum Filia Regis Catholici sub renunciatione succes-  
sionis, promissam minimè congruam æstimat, eique remedi-  
um actionis ob enormissimam læsionem integram relinquit.  
Verùm huic rectè respondisse videtur Autor Refutationis scri- 5  
pti Gallici part. 1. cap. 3. jura Romana privatis hominibus præ-  
scripta, minimè causis Regiis adplicari, nec ad quantitatem  
dotis, ad interesse status cum primis respici debere, statuens:  
*Imaritaggi reali, inquit, non segnono in rignardo della pecunia do-  
tale, ma per interesse di stato, è pubblica utilità, ne soccombano alle  
Leggi delle Corti. Una ordinaria somma sodisfa, è dote, e Legiti-  
ma, è tutto quello, che potesse della Casa paterna appartenere alla  
Figlia. Sarebbe impraticabile, non che sconvenevole, il determi-  
nare à giusta Bilancia quanto monti il valore preciso della Legitima  
Spettante alle figlie reali. Idem in fine d. cap. ait: che transcen-  
dendo le formalità volgari, le consuetudini Reali vivano con legge  
appartata dal Popolo; è le Renunzie, e le doti delle Figlie de Regi,  
non prendano altra norma che dalla convenienza di Stato; ne altra  
validità che dal consenso de' contraenti Sourani. Et hæc sententia 6  
nobis verissima videtur. Princeps enim est persona publica, 7  
& ut talis agere debet non tanquam pater; est præterea Re-  
gnum bonum quoddam publicum, adeoque velut alienum, de  
quo Rex æquè pro arbitrio disponere non potest, ac de bonis  
suis privatis, præsertim cum jam subditi (ex quo uni se submisere)  
certum quoddam jus adquisiverint, ad suam conservatio-  
nem & securitatem, immò splendorem etiam & amplitudinem,  
ut ne dissolvatur corpus illud Statuum, à quo potissimū habent,*

ut æstimentur ab aliis & securi sint, cumque jus illud commu-  
ne sit & universale, privato anteferri meritò debet, ut & amo-  
8 ri & affectui paterno. Saavedr. *Idea Princ. Symbol.* 70. Præter-  
ea Legitimam (idem in dote dicimus) ex certâ causâ, veluti ob  
familiæ conservationem, & ne bona in alienam familiam trans-  
eant, minui posse, magis communiter teneri & à Camerâ Im-  
periali multoties decisum esse, adserit. Andr. Gail, *lib. 2. obs.* 122.  
n. 11, Sixtin. *lib. 3. Conf. Marpurg* 11. n. 50, add. Ferdin. Vasq. *de*  
9 *succeß. creat. lib. 2. c. 20. n. 238.* Cavendum enim maximè est,  
ne dotium magnitudine Illustres Principum Domus exhauri-  
10 antur. Undè consultissimum creditur, familias Principum  
certam ac definitam habere dotium quantitatem, quam in præ-  
judicium successorum ac ditiorum suarum excedere nequeunt.  
11 Chr. Besold, *de Reg. succeß. Lib. 1. diss. 11. tb. 10.* Quemadmo-  
dum in Germaniâ nostrâ in multis Principum familiis ita non  
12 obtinere constat. Sic in Domo Saxonicâ Electorali dos filia-  
rum est 30000. imperialium, quæ summa, *notante Limnæo*, au-  
gmentum recipit eo casu, de quo agit pactum successorium in-  
13 ter Saxon. Hass. & Brandeb. initum anno 1614. In Ducatibus  
14 verò Saxonicis 20000. florenorum. In Electorali Domo Bran-  
15 deburgica dos filiarum est 20000. florenorum. In familiis  
Marchionum Brandeb. Burgraviatus Norici dos est 10000. flo-  
renorum Rhenensium, *nebst einer ziemlichen Fertigung.*  
16 Springsfeld. *de Appanag. cap. 12. num. 39.* In Hassiâ dos Prin-  
17 cipum filiarum est 20000. florenorum. In Holsatiâ 20000.  
18 Imperialium, alii, florenos esse dicunt. In Ducatu Würtem-  
bergico filiabus omnibus ex istâ familiâ progenitis con-  
19 decentem dotem constituit primogenitus. Et refert die &  
Anno Myler, *in addit. ad Rumelin. Aur. Bull. part. 3. dissert. 5.*  
*concl. 14.* filiabus illustribus ipsius primogeniti 30000. florenos  
Rhenenses pro dote definitos, eandemque summam in filiabus  
20 Ultragenitorum ad 20000. aureos moderatam fuisse. Monet  
tamen Limnæus, *ad A. B. tit. 25. §. 2. observ. 8.* Non ita pridem  
inter

inter Ducem Würtembergicum lineæ Stutgardensis, & Ducem  
lineæ Montispelgardensis quæstionem de dote à primogenitò  
exsolvendâ motam ac nondum decisam fuisse; & ejusmodi  
controversiam ex pactis familiæ decidi debere, quod verum.  
Sic filiabus *Regni Sveciæ* vigore Ordinationis Regni dos in cen- 21  
tum mille Joachimicos constituitur. Autor *Descriptionis Re-*  
*gni Svec. tit. 1.* Dos Regiæ filiæ Casimiri II. *Polonia Regis*, quæ 22  
nupsit Bogislao Duci Pomeraniæ, fuit 20000. sexagenarum Pra-  
gensium. Gomez. *L. 12. rer. Polon.* In Galliæ Regno dotium modus 23  
non semper idem fuit, Sic Carolus V. Galliæ Rex, anno 1324. insti-  
tuit centies mille Francos aureos, i. e. coronatos in matrimo-  
nium cujusquæ filiarum suarum Mariæ & Isabellæ, & singulis  
postea nascituris sexagies millenos Francos. *Vid. Bodin. de Rep.*  
*lib. 6. cap. 2. ubi monet*, dotem dictam Caroli IV. Regis filiabus  
400000. aureorum in singulas fuisse. Carolus autem VIII.  
Rex Galliæ, anno 1395. promisit octies centies mille Francos Isa-  
bellæ filiæ, nupturæ Richard. II. Angliæ Regi. Ita dos apud 24  
Galliæ Reges incerta est. *Bersius de pact. illustr. famil. c. 6.* In 25  
Hispaniæ Regno itidem dotem non esse definitam, ex supra-  
laudato Autore scripti *Rufutat.* patescit.

## II.

Quæritur autem: An dote, quoad quantitatem patrimo- 26  
nii congruâ Principis Filiæ datâ & acceptâ, non obstante juratâ  
Renunciatione successionis moribus receptâ, super læsione  
conqueri liceat? Quæstio hæc superioribus annis gravissimè 27  
disputata fuit inter potentissimos Reges Galliæ & Hispaniæ. Ad- 28  
firmantem defensores juris Gallici tuebantur; negativam ad-  
versæ partis adsertores, quorum sententiam & nos labentes se-  
quimur, permoti rationibus quas supra adduximus. Rectè sapi- 29  
us laudatus Auctor scripti Refutatorii *cap. 4. circa finem.* *Se le*  
*Famiglie*, inquit, *private hanno riguardo nelle Renunzie delle*  
*Figlie per oggetto principale, alla conservazione della stirpe, senza*  
*distruggerla giamai, per la bassa importanza della dote, quanto più*

le altissime cause dell' interesse di Stato, e conservazione de' Regni,  
de' Matrimonii Reali prevalere à tutti gli altri rispetti, ò di  
Pecunia, o di Dote.

## CAPUT IV.

# An dotatio incumbat Domanio Principis, an verò ex subditorum loculis fieri debeat?

### SUMMARIA.

*An Princeps subditos suos pro maritandâ filiâ collectare possit? n. 1.*

*Adferuntur Rationes pro adfirmativâ. n. 2. & seqq.*

*Negativa adstruitur. n. 8. & seqq.*

*Diluuntur contrarie rationes. n. 13. & seqq.*

### I.

- 1 **A**N pro maritandâ filiâ Princeps subditos suos collectare possit, maximè controvertitur: & quamvis quæstio hæc post multos ab Henr. Rosenthalio, *de feud. cap. 5. concl. 77.* & Casparo Klockio, *Tract. de contribut. c. 8. n. 12. & seqq.* latè sit pertractata, placet tamen eandem hîc sub examen revocare, & quid nobis videatur, aperire. Principem subditos pro elocandâ filiâ suâ contributione, (quam *Gräulein-Steuer* appellant) optimo jure onerare posse, plurimi adfirmant. Post veteres Hostiens. *Speculat. Blanc. Odofr. Accurs. Alberic. Afflict. decis. 265. n. 54. Alex. cons. 35. n. 3. vol. 2.* & alii quos vide apud Rosenth. & Klock.
- 2 *cit. loc.* & hanc communem esse Ddm. doctrinam adserunt Kirchov. *commun. opin. cent. 5. concl. 77.* Mynsing. *cent. 5. Obs. 21. n. 4.* P. Gregor. *Syntag. jur. univ. lib. 3. c. 7. n. 11.* Augmenta autem præcipua, quibus adfirmantium opinio nititur hæc sunt: 1. Quòd dotis causa vulgò censeatur esse pia ac favorabilis, & propterea omnibus modis ac mediis promovenda.
2. Quòd

2. Quòd utilitas publica, in dotatione filia Principis consistat. *l. 2. de jur. dot. & l. 1. sol. matrim.* quæ Principi indulgere videtur ejusmodi impositionem collectæ. Publicæ autem utilitatis ratio semper est ducenda potior, etiam cum aliquo privatorum damno. 3. Quòd Frater sorori suæ dotem constituere jure sit obstrictus. *l. cum plures 12. §. cum tutor. de admin. & peric. tut.* multò magis igitur æquum videtur, ne subditi in dotandâ Principis filiâ ipsi Principi subsidium subtrahant, quippe qui subjectionis vinculo ei obligati, à quo defensione corporum & bonorum habent. Klock. *d. l. n. 25.* 4. Cùm subditi pro instructione itinerum, & refectione murorum de jure collectentur, eadem ratione pro elocandâ Principis Filiâ eis collectam imperari posse. Klock. *d. l. n. 26.*

## II.

Verùm enim verò hisce non obstantibus contraria Negantium sententia nobis semper verior, æquior & communior visa fuit. Propterea, quòd nullâ literâ legis civilis vel feudalis cautum legitur, onus dotandâ filiam Principis subditis incumbere. *Erubescimus autem sine lege loqui. Nov. 18. Et quod Lex non cantat, nec nos cantare debemus.* Quin potius ipsa juris ratio generaliter prohibet, ne Domini terrarum aliquam innovationem, imponendo sc. collectas vel augurias faciant. *l. cum satis. §. caveant. C. de agricol. & censit.* Idem probat *text. l. fin. C. quemadm. civ. mun. jud. L. X. l. 3. C. nova vectigal. impon. non posse. & simil.*

Et hanc sententiam post alios ex recentioribus adprobant Frid. Mindan. *lib. 2. de mandat. cap. 44. art. 3. & 5.* Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 14. n. 51.* Besold. *lib. 1. de Reg. succ. dissert. 11. n. 10.* Betsius *de pact. illustr. famil. cap. 6.* Cothman. *cons. 3. n. 300. & seq. vol. 4.* Köppen. *quest. 32.* Klock. *d. l.* Sinold. *Schüs. C. I. P. vol. 2. disp. 11. thes. 5. lit. C.* Limnæ. *comment. ad A. B. cap. 25. obs. 10.* (quem adduximus in eadem quæst. in discurs. *ad L. unic. de oblat. votor. cap. 4. n. 17.*) ubi optimè scribit, hanc sententiâ Christiana

*stiana Principum conscientia magis consuli, quam contrariâ ad o-*  
*nerandos subditos tendente.* Add. Dn. Dieterich. *in not. ad A. B.*  
 11 *tit. 25. vers. Et Sorores.* Et hanc esse communioem & verio-  
 rem testatur Brunus *conf. 32. n. 7.* & Clarus *in §. feudum. q. 29.* &  
 12 communem fatetur Paris, *conf. 25. n. 2. vol. 1.* quos refert ac se-  
 quitur Rosenth. *d. l.* ubi etiam præjudicio Camerali, in causâ  
 Hanau contra Hattgau/ eam confirmat. Subditi scilicet ali-  
 quot pagorum in Hattgau Comitibus ab Hanau Lichtenberg/  
 omnimodam jurisdictionem isthic locorum exercentibus  
 contribuere recusantes, absoluti fuere per sententiam *ann. 1590.*  
 quum non probaretur, ipsos in similibus occasionibus colle-  
 ctas præstitisse, licet iidem Comites in Casibus ad publicam u-  
 tilitatem atque necessitatem spectantibus contra subditos an-  
 tea obtinuerint: *Daß Sie zu des Orts fürfallender Noths*  
*durfft/ und erheischenden Nutzen/ mit ziemlichen und gebührli-*  
*chen Schatzungen und Anlagen zu belegen Macht hätten.*  
 13 Ad contraria argumenta, superius pro Adfirmativâ hujus  
 controversiæ adducta facillimè responderi potest, & quidem ad  
 14 primum. Concedendo, dotis causa de jure piam ac favorabi-  
 lem esse; sed eò non evincitur, subditos, non verò Patrem Prin-  
 15 cipem, eam præstare debere. Præterea dicunt, favorem ma-  
 jorem, *allevationem scilicet subditorum,* absorbere favorem do-  
 16 tis. Ad secundum Resp. negando, publicam utilitatem impo-  
 nere hoc dotandi onus subditis; Textus adducti id minimè  
 probant, sunt enim juris privati, non publici; loquuntur de  
 do e constitutâ servandâ; præterea nulla est sequelæ ratio: Reip,  
 interest Filiam Principis dotari, ergò non ex redditibus Doma-  
 nii, sed ex loculis subditorum. Sic hoc argumentum genera-  
 liter valere deberet, omnia Regiminis onera humeris subdi-  
 torum, non Principis incumbere deberent, quod contra sanam  
 politicam, & contra æquitatem, licet proh dolor! hodiè omnia  
 ferè onera subditis de facto, (ut loquuntur) imponantur. De-  
 17 niq̄ue Nic. Bethius, *de pact. illustr. fam. cap. 6.* apertè scribit, col-  
 lectas



lectas pro maritandâ filiâ non publicam, sed privatam domini  
utilitatem respicere. Tertium Argumentum planè nihil con- 18  
cludit, nec responsionem meretur; & rectè huc adcommoda-  
tur illud: Erubescimus sine lege (aut ratione legis) loqui.

III.

Nec quartum argumentum aliquid operatur; cùm hîc 19  
non versemur in terminis summæ atque urgentissimæ Necessi-  
tatis publicæ; Nemo enim verè dixerit: Necessitatem Reipubl.  
omninò exigere, Principem non de proprio, sed subditorum  
patrimonio Filiam suam dotari.

Hisce ad veritatis & justitiæ trutinam examinatis rectis- 20  
simè sententiam contrariam voluntariam falsam ac fabulosam  
dicit Petr. Jac. Aurelianens. *in Pract. libell. rubr. 63. n. 29.* Ubi  
addit, quòd Roffredus Beneventanus, (qui contrariæ opinio-  
nis primus auctor esse putatur,) ejusque adseclæ malè dixerint,  
& cogitationes suas malas divulgando pejus fecerint, multos-  
que turbarint, & in errorem pertraxerint, referente Boërio, *de-*  
*cis. 226. n. 5.* & ex eo Klockio, *d. c. 8. n. 30.*

CAPUT V.

An vi consuetudinis universalis Germa-  
niæ dotatio Filix Principis subdi-  
tis incumbat?

SUMMARIA.

*An consuetudo universalis imponat subditis collectas maritaggi? n.*  
*1. & seqq.*

Cùm jus commune scriptum collectis maritaggi repugnet, 1  
ad jus consuetudinarium Germaniæ alii autores, & quidem  
plurimi confugiunt, statuentes, *Uso Principum in Germaniâ ge-*  
*neraliter receptum esse, dotationem filiarum fieri mediante col-*  
*lectatione subditorum.* In quâ sententiâ est magnæ auctoritatis 2

C

Jctus,

3 Ictus, Joachimus Mynsing. *cent. 5. observ. 21. n. 4.* ac eandem  
sequi videtur Udalr. Zasius. *de feudis part. 7. n. 50.* dum inquit,  
consuetudinem Speculatori (supra pro contrariâ sententiâ ad-  
ducto) in hoc casu subscribere. Et universalem praxin esse te-  
statur Castaldus. *tract. de Imperio. q. 57. n. 12. apud Mynsing. d. l.*  
4 Verùm auctores nostri sæpè in asserendâ consuetudine univer-  
sali, juri communi contrariâ, nimis faciles esse solent, non sa-  
tis attendentes, quàm difficile sit legem, cum primis justam, ge-  
neralem in Republicâ Germanicâ, quæ tot parvis Rebus publicis  
constat, in univèrsam consuetudine ac usu tolli; quàm diffici-  
lè etiam sit, ejusmodi universitatem contrariæ consuetudinis  
legitimè probare. Unius certè vel alterius Doctoris, licet ma-  
ximæ fidei auctoritatis & experientiæ fuerit, assertioni vel testi-  
monio nullatenus probari potest. Et rectè Petr. Gilkenius in  
*l. pactum quod dotali. n. 88.* ( *de pact.* ait, *Doctori non nisi de sue  
Provinciæ consuetudine attestanti fidem accommodari debere.*  
*Fac. 1. in omni parte. 2. ibi: facti interpretatio plerumq; etiam pru-  
dentissimos fallat ff. de jur. & fact. ignor,*

5 Neganda igitur est asserta consuetudo universalis, & qui-  
dem eò fortiùs, quòd in multis Germaniæ provinciis notoriè  
aliud servetur. Quod verò in hoc vel illo loco, ex speciali  
causâ, usu receptum, id ad necessitatem juris universalis trahi  
non potest. Memini, ait Henr. Rosenthal. *d. concl. lit. b.* Quo-  
rundam ducum subditos aliquando quidem contribuere, sed solum  
precario, ejusq; rei Principes illis testimonium sub sigillo præbere o-  
6 portare, ut oculis meis vidi. Hujus viri præjudicium Camerale  
adducentis auctoritati plus fidei cum Klockio *de contrib. cap. 8.*  
7 *n. 36.* tribuimus, quàm Mynsingero contradicenti. Eandem  
sententiam amplectuntur Georg. Mund. *tr. de mun. & honor.*  
*cap. 3. n. 20. & seqq.* Bocer. *de collect. c. 6. n. 52. & seqq.* Sinold.  
*vol. 2. jur. publ. D. 5. th. 5. lit. c.* Limnæ. *ad A. B. t. 25. obs. 10.* ubi  
ait: licet constet in nonnullis Principatib. Germaniæ consuetu-  
dinem observari, non tamen indè inferri posse generalitatem.

D. Die-

D. Dieterich. *ad eandem d. l. ibi*: consuetudo ista in Germania non est universalis, quæ jus conficiat, sed particularis.

## CAPUT VI.

An & quatenus consuetudo, quâ onus dotandi Filiaë Principis subditis iungitur, valeat?

### SUMMARIA.

*Quæ primùm officia humanitatis, ea successu temporis in necessitatem transire solent. n. 1.*

*An consuetudo imponens collectas maritaggi subditis valeat? num. 2. & seqq.*

*Præscriptionis immemorialis vis in hac materiâ. n. 8. & seq.*

*Precaria contributio, aut quæ sit sub protestatione non operatur jus seu consuetudinem. n. 12. & seqq.*

*In dubio contra collectam pronunciarî debet. n. 14.*

*Pactis & conventionibus collecta maritaggi quandoq; nititur. n. 15. & seqq.*

*Pacta illa sunt strictissimæ interpretationis, ac extendi non debent. num. 18.*

**V**erissimum est, quod scribit Casp. Klock, *de contribut. cap. 8. n. 29.* Sæpè fieri, ut quæ quidem officia humanitatis & beneficentiæ fuere, ea successu temporis, usurpatione, ut potentiorum impressionibus in necessitatem transire; quod hodiè tam frequens est, ut etiam simplices rusticelli id observent, qui propterea, quando vel novæ operæ vel contributiones voluntariæ, vel alia subsidia charitativa, (nurt zur Bethel / ut vocant, oder aus Gutwilligkeit) ab iis petuntur, non ex inani metu futuræ consuetudinis, & ordinarii oneris, es möchte hernach eine Gerechtigkeit und herkommen daraus werden/ auxilia re-

2 cusant, aut non nisi invitissimi ea præstant. Quæritur autem,  
 heic an valeat consuetudo, quâ dotationis onus subditis impo-  
 3 nitur? Negandum videtur, quòd consuetudo, quæ ab initio  
 violentiam habet, jure improbetur, Paris. *cons.* 25. n. 21. & *cons.*  
 27. n. 41. lib. 1. in hac autem materiâ violentum & non volun-  
 tarium initium habuisse præsumitur. Casar Manent. *cons.* 84.  
 4 n. 81. Morla, in *Eporio juris*. P. 1. tit. de *servit.* q. 4. n. 24. & *seq.*  
 & hoc referens Klock. *d. tr. c.* 10. n. 31. Idem sentit Rolandus à  
 Valle. *cons.* 13. vol. 3. (relatus Bessio *d. l.*) qui n. 51. potissimum  
 hanc præsumtionem locum sibi vindicare & effectum suum  
 5 producere existimat, si immunitas subditis per viam contra-  
 ctus concessa sit; quod habet ratione. Verùm, cùm genera-  
 liter dici non possit, omnem consuetudinem collectandi subditos  
 pro dotandâ Filiâ Principis, violentum habere principium ad-  
 eoque vim legis obtinere non posse, simpliciter etiam eam im-  
 probare nolumus; sed legitimè introductam omnino adpro-  
 6 bamus. Communiter enim placuit, in collectarum materiâ  
 consuetudinem omnino observandam esse, ut arguit *text. in l.*  
*litibus* 20. §. 3. *C. de agric. & censit.* Lib. 11. & tenet Osasch. *decis.*  
*pedem.* 13. *in fin.* Rol. à Valle. 4. *cons.* 79. n. 17. & *seqq.* Pacian.  
*cons.* 8. n. 8. Wesemb. *cons.* 103. n. 46. vol. 3. M. Anton. de Ama-  
 tis. *decis.* 118. n. 25. ubi verissimam appellat; idque tam in indi-  
 cendis, quàm non exigendis. Bursat. *conc.* 186. n. 11. D. Richter.  
 7 *part.* 2. *decis.* 70. Propterea, quòd consuetudo non solum legis  
 vim ac potestatem habeat, verùm etiam lege ipsâ quodammo-  
 do potentior esse censeatur, tantumque possit, quantum Prin-  
 cipis aut Papæ gratia. Schrader. *cons.* 1. n. 290. & *cons.* 21. n. 187.  
 Undè vulgò consuetudo Tyrannis appellatur, talemque esse in  
 civilibus ac moralibus quotidie experimur.

## II.

8 Diximus consuetudinem legitimè introductam hætenus  
 non improbari; talis autem censeatur ea, quæ præscriptione  
 temporis immemorialis firmata est; hæc enim longè præstan-  
 tier

tior & firmitior existimatur Principis privilegio. Cravett. *de antiq. tempor. p. 1. v. 1. n. 43.* Ludov. Molina. *de majorat. disp. 584. n. 3.* Nec sufficit, si probatum fuerit, semel atque iterum subditos collectas pro maritandâ filiâ solvisse. In hac enim re odiosâ, contra quam aut præsumtio violentiæ, aut arbitrariæ pensitationis militat, ad inducendam consuetudinem plenius de animo gravatorum constare debet. Vid. Franc. Ripa. *tit. de legib. & consvet. resp. 14. n. 2. ubi ait:* ad hoc, ut ex usu populi consuetudo inducatur, inter cœtera requiri, quod populus fuerit in tali usu, animo & intentione consuetudinem inducendâ. Nam cum tacito populi consensu nascatur. *l. de quibus de legib.* non potest illa constitui, ubi animus, à quo consensus dependet, deest *l. si per errorem de jurisd. l. consensu de O. & A.* Præterea non sufficit, subditos pluribus vicibus collectam maritaggi solvisse, nisi doceatur, id *vi consvetudinis* factum fuisse. Accidit enim non rarò, subditos precariò contribuere, ac subsidio quodam charitativo Principi succurrere: nonnunquam fit sub protestatione, aut reservatione libertatis; nonnunquam sub datione reversalium aut in casu summæ necessitatis &c. quæ omnia in afferendâ consuetudine, ut certo jure, probè sunt perpendenda. Nimirum, pro Regulâ hîc tenendum est: *In dubio semper contra collectam, utpote odiosam, & quæ servitutis speciem præ se fert, interpretationem fieri, ac judicari debere.* ex Cotheo *Conf. 194. col. 3. lib. 4.* Cravett. *conf. iii. in fin.* Wesemb. *conf. 103. n. 18.* Cothman. *conf. iii. n. 46. & seq. vol. 1.* & alii quos refert Klock *d. tr. c. 7. n. 36. & c. 19. n. 63.* optandum esset, auream hanc sententiam aureis literis Curiis & Cameris Principum hodiè adscriptam esse; sed cum non faveat disco, proh dolor! ubique negligitur, ridetur, damnatur.

### III.

Quemadmodum verò certâ consuetudine introduci potest, subditos ad nuptias filiæ Principis contribuere, ita conventionem ac pacto inter Principem & Status Provinciales, in con-

ventu Provinciali, ut ferè fit, legitimè inito, idem efficitur; in  
16 quo suprà laudati autores ferè omnes conveniunt. Consue-  
tudo namque & pactum hæcenus ad paria judicantur: & ut illa  
tacito, sic hoc expresso populi consensu nititur. Et aliàs plùs  
17 operatur expressum quàm tacitum. Sic in Ducatu Brunsvicen-  
si inter ordinaria tributa, ex consensu Ordinum & civium ho-  
diè referri die *Fräulein-Steur*/ ait Joh. Stuckius, *part. 1. consil.*  
18 *22. n. 253.* Rectè autem monet Limnæus *ad A. B. c. 25. obs. 10.*  
tenorem pacti benè expendi debere, an scilicet generalis sit,  
vel saltim unum & alterum casum exprimat. Et cùm ejusmo-  
di pacta inter Principem ac Status provinciales inita, strictissi-  
mi sint juris ac interpretationis, minimè de casu ad casum, vel  
19 de re ad rem, aut personà ad personam extendi debent. Rectè  
etiam monet Köppen. *decis. 32. n. 12* requiri hìc consensum o-  
mnium subditorum, & si tantùm consensus unius aut plurium  
intervenerit, illos non reliquos teneri. Boër. *decis. 126. num. 4.*  
Alberic. *in rubric. de muner. & honor.* Vid. Tract. nostr. *de Con-*  
*ventibus Provinc. ubi plura.*

## CAPUT VII.

### Proponuntur Declarationes quædam sententiæ, consuetudinem istam admittentis.

#### SUMMARIA.

*An & Vasallis collecta maritagii imponi possit? n. 2. & seqq.*

*Negativa defenditur. n. 3. & seqq.*

*Limitatio. n. 10, & 11.*

*An subditi Vasallorum rectè collectentur? n. 12.*

*Adducitur præjudicium.*

*An Principi non egeno collecta maritagii debeatur? n. 13. & seqq.*

*Etiam sine pacto egeno Principi succurrendum? n. 15. & seqq.*

*An*

*An in secundis nuptiis Filia Principis collecta maritaggi debeatur?*  
num. 18.

*An pro pluribus filiabus debeatur?* n. 19.

*Consuetudo Germania pro affirm.* n. 20.

*Consuetudo non est extendenda.* n. 21.

*Naturali Filia Principis non debetur?* n. 22.

*In nuptiis Filii collecta maritaggi non obtinet.* n. 23.

I.

Sententia Doctorum, collectas pro elocandâ Filia Principis I  
admittens, varias declarationes & restrictiones habet, quæ II  
tamen omnes omnibus non probantur. *Prima declaratio est,* 2  
quòd tantum subditi non verò Vasalli hoc casu collectari pos-  
sint. De Vasallis quidem idem sentit Zas. *de feud. part. 7. n. 50.*  
*& seq. Alex. cons. 35. n. 3. lib. 2. Schneidevv. de feud. part. 5. num.*  
*120. Schrad. de feud. cap. 6. n. 102. part. 6. & alii plures, quos re-*  
*fert Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 78. lit. b.* Rationem hanc 3  
adferunt; quòd pertineat ad honorem Domini, Filia Dotem  
convenientem constituere, si is id salvâ dignitate & statu non  
possit facere. Verùm contraria sententia longe verior est, 4  
1. quòd Vasalli quâ tales non sint subditi. Communissima enim 5  
est sententia, jus vasallagii non reddere aliquem subditum, sed  
subjectio propriè ex eo metienda, an quis in territorio domini  
domicilium habeat, vel indè originem ducat. Rosenth. *d. con-*  
*clus. n. 3. Dn. Aff. & Compat. Struv. Syntag. feud. cap. XI. apb. 2.*  
2. quòd Vasalli solummodo de jure feudali ad solita feudorum, 6  
servitia sint obligati, inter quæ non est causa filia elocandæ,  
3. quòd consuetudo ista sit odiosa, ac strictissimi juris, quæ de 7  
persona ad personam non extendenda. Et sic sentiunt post ve-  
teres Bald. Matth. de Afflict. Jacob. Ardizon. Schenck, Sons-  
beck, & alios, Vasquius *illustr. controuv. c. 7. n. 3. lib. 1. Bets. d. c.*  
6. Rosenth. *d. concl. lit. c.* ubi plures cumulat. Nec obstat alle- 8  
gata dissentientium ratio, quod dotatio filia ad domini hono-  
rem pertineat; si enim hæc sola sufficeret, vasallus sæpè non du-  
plici

plici sed triplici onere gravaretur, quod nec juri feudali nec rationi conveniens est.

- 9 Idem est in illis, v. g. Comitibus ac Baronibus, qui quidem ab Electoribus ac Principibus feuda quædam possident, quoad alia tamen bona immediatè Imperio subjecti, aut Status Imperii sunt, quales in Germaniâ non pauci reperiuntur.

## II.

- 10 Limitatur autem hæc sententia, nisi speciali consuetudine, immemoriali præscriptione, aut conventionem expressâ aliud sit receptum vel inductum. In tali namque casu consuetudo & observantia, legitimè probata, unicè inspicienda est, ut rectè sentit Springsfeld. *de Appanag. d. c. 12. n. 53.* aliàs contrariæ opinionis adfertor. Allegatur ab eo Bald. *in c. 1. §. similiter. de Capit. Conrad. Castr. in l. ult. C. de stat. & imag. & in l. neminem. C. de SS. Eccles.*

## III.

- 12 Ulteriùs quæritur: *An subditi Vasallorum, mediatè principis jurisdictioni subjecti, ad basce collectas sint obligati?* Ob derer Lehnleute Gerichts-Unterthanen Fräulein-Steuer zu geben schuldig? Memini superioribus annis id disputatum fuisse, obtinuit autem affirmativa, quam calculo suo approbarunt Domini Scabini Jesnenses, anno 1600. ita pronunciantes: P.P. Ob nun wohl fast alle Unterthanen solche Ehe-Steuer gehorsamlich gewilliget / so hätten doch allein die Lehnleute in der Herrschafft L. sich beschweret / solche Ehe-Steuren von ihren Unterthanen einzubringen / und der Herrschafft folgen zu lassen / mit Vorewendung / ihre Unterthanen wären des Vermögens nicht / wohneten an rauhen unfruchtbaren Orten / und wären ohne diß mit Zinsen / Diensten und Frohnen genugsam beschweret / zu dem so wäre dieses eine Neuerung / denn es zuvor unerhört / daß bey Lebzeiten der alten Grafen von L. Ehe-Steuer wäre eingemahnet worden.

Deßgleichen / so wären nach Absterben des letzten L. Grafen /



fen/ und also seither Anno 64. zwey Fräulein/ ausgestattet / und  
gleichwohl aus der Herrschafft L. keine Ehe-Steuer gefordert  
worden / Wann dann ihr dafür hieltet/ daß solche ihre vorge-  
schützte Ursachen der Erheblichkeit nicht/ daß sie sich angedeute-  
ter Ehe-Steuer zu verwegern befugt / und dasselbige aus vielen  
hochwichtigen Motiven und Rechts-Gründen / so ihr uns nach  
der Länge ausführlich erzehlet / Als habt ihr/ welche Meynung  
vorzuziehen/ und ob nicht die N. Vasalli von Ihren Unterthanen  
die geforderte Ehe-Steuer einzubringen schuldig / oder was dis-  
falls recht/ unsere Rechtsbelernung gebeten/ Demnach sprechen  
wir vor Recht/ ob wohl die Lehenleut in der Herrschafft N. Ih-  
rer Unterthanen Unvermögen und andere Beschwerung / als  
Zinse / Dienst und Frohnen/ auch dieses vor eine Neuerung an-  
ziehen.

Demnach aber/ weil wohlgedachtes Graf N. Forderung  
und Intention nicht allein in gemeinen beschriebenen Kayserli-  
chen und Land-üblichen Sächsischen Lehn-Rechten/ und dersel-  
ben Lehrer einhelligem Beschluß/ sondern auch in langwierigem  
vorgebrachtem Gebrauch Teutscher Nation gegründet/ so seynd  
die N. Vasallen wegen ihrer Unterthanen sich von solcher Hülf  
und Steuer zu eximiren nicht befugt / sondern ihres Vorwen-  
dens ungeachtet/ gleich andern Unterthanen ohne Unterscheid  
pro rata bonorum zur Ausstattung der Gräflichen Fräulein  
zu contribuiren schuldig/ Sie könnten dann/ wie recht/ erheblich  
beweisen/ daß sie von den vorigen Besitzern der Herrschafft N.  
entweder ein Privilegium exemptionis disfalls erlangt/ oder von  
Iren über Rechts verwärts Zeit nie nicht umb einige Zulage  
zu solcher Ehe-Steuer/ derer sich doch viel zugetragen angelan-  
get/ sondern solche Anlage allein uf die andern Unterthanen ge-  
schlagen/ dadurch nunmer die N. Unterthanen solche Freyheit  
eressen und verjahret/ uf solchen Fall würden sie hinführo noch-  
mahls billich darbey gelassen / und mit solcher Neuerung ver-  
schonet.

## IV.

- 13 *Secundò, consuetudinem collectandi subditos pro dote Filiā elocatā accipiunt quidam cum declaratione, si Princeps ex redditibus suis, vel sine notabili diminutione rerum suarum id facere non possit, neque sua culpa, in luxum & delicias superfluas (ut hodiè multi Germaniæ Principes solent) facultates suas impendendo, ipse inopia & calamitatis suae autor atq; faber extiterit, & subditorum extraordinario subsidio indignum se reddiderit.* Nic. Bets.
- 14 *d. l.* In dubio etiam pactum inter Principem ac subditos de collecta hac præstanda initum, ita intelligi, debere si deficient ordinarii redditus; tradit Gøddeus. *Consil. Marpurg. 16. n. 44. vol. 4.* Rosenth. *d. concl. 79. n. 1.* ubi ait: Dd. generaliter ita limitare & intelligere consuetudinem vel pactum; aliàs ante omnia dominum suum marsupium excutere debere, & si sic mederi non possit, tum moderatè & charitativè petere. Klock. *d. c. 8. n. 42.* ubi ait: omnibus casibus semper hanc declarationem subnectendam esse.
- 15 Verùm, licet pactum nullum præcesserit, aut consuetudo collectandi subditos in hoc casu introducta sit, si ærarium Principis fortè injurià temporū, vel alio casu, sine ipsius culpa valdè fuerit exhaustum, & is vel planè non, vel non sine gravi rerum suarum diminutione Filiam suam honestè elocare non possit, putamus, subditos teneri, charitativo subsidio pro viribus Principi suo succurrere, nec posse auxilium justè denegare.
- 16 Præterquam enim, quòd causa ista famam, & honorem Principis, sæpè etiam Status publici tranquillitatem ac conservationem ac subditorum salutem, concernere possit, in ejusmodi Necessitatis publicæ casu privilegia aliquantum cessare debent. Quippe necessitas vera & urgens dicitur non habere legem; nec necessitas curat privilegium, sed ipsa facit legem ac inducit privilegium. Barbos. *in axiom. v. Necessitas.* Et sic in terminis pacti deficientis sentit Limn. *d. l. ibi: etiamsi pactum nullum præcesserit, idem autem nobis dicendum videtur, si consuetudo deficiat.*

V. Ter-

*Tertio*, declarant, dictam consuetudinem aut pactum tantum in primis filiae nuptiis, non verò in secundis obtinere. *per l. boves, §. hoc sermone de V. S. l. pen. C. de Consul. lib. 12.* Guid. Papa. *decis. 57. in fin.* Boer. *decis. 131. n. 8.* Chassan. *in consuet. Burgund. tit. 1. §. 4.* Jac. Menochius. *de A. I. Q. lib. 2. cent. 2. cas. 181. n. 5.* arbitrio iudicis id relinquit, si nec à jure nec à consuetudine omnibus in casibus fuerit determinatum, quando collecta hæc exigì posset. Socin. Jun. *conf. 16. n. 2. lib. 3.* Conventio certè, cum sit strictissimi juris, ad hunc casum non videtur extendi posse. Klock. *d. l. tota igitur res unicè ab observantiâ dependet.*

#### VI.

*Quarto* declarant nonnulli, collectam tantum deberi pro primæ filiae dote, non verò pro pluribus. *per d. l. boves de V. S. Grammat. conf. 38. col. 2.* Gabriel. *commun. opin. concl. 2. n. 8. tit. de legib.* Betsius. *d. l. ubi ait: non esse hîc argumentandum à singulari numero ad pluralem.* Id quod in conventionem indubitatè procedere ait Rosenthal. *d. concl. lit. c.* in consuetudine verò non ita expeditum esse, cum dispositio *d. §. hoc sermone*, non obtineat in sermone legis & statuti. Tiraq. *de jure primog. q. 70. limit. 9.* Et hoc praxis Germaniæ in illis provinciis, in quibus collectandi viget consuetudo, servat, nec inter primogenitam aut secundogenitam Filiam distingvitur.

#### VII.

*Quinto* declaratur, consuetudinem vel conventionem ad naturales filias Principis extendi non posse. Rosenth. *d. concl. lit. d.* Bets. *d. l.* ob sæpè dictam rationem, quòd favor subditorum hîc prævaleat favori collectarum. Nec obstat, quòd Canonico jure pater filiam spuriam alere ac dotare teneatur, ob quam rationem in contrarium moventur Cæsar. Usil. *in addit. ad Afflict. decis. 265. n. 58.* Zaf. *de feud. p. 7. n. 50.* & Schrader. *de feud. part. 6. c. 6. n. 102.* quamvis enim ita sit, nondum tamen indè evincitur,

D 2

hoc

hoc casu subditos collectandos esse. Odia sunt restringenda, favores autem ampliandi. *cap. odia, de R. J. n. 6.* odiosa autem hic est persona, odiosa collecta, odiosa consuetudo. Rectè Argentæus (laudatus Klockio. *d. l. n. 45.*) *in consuet. Britan. art. 87. not. 3. n. 4. ait:* filias spurias honore eodem dotis æquari non debere. Et ita ususervatur.

### VIII.

23 *Sextò declaratur.* In nuptiis filii consuetudinem istam non obtinere; cum dominus dotem non exponat, sed accipiat. Post allegatos Rosenthal. *d. l. lit. f.* ubi tamen addit: se vidisse subditos etiam hoc casu aliquando pro ferendis sumtibus, qui proh dolor! in nimium luxum plerumque hodiè profunduntur, Dominis succurrisse. Et Betsius *d. l.* ait: quamvis de jure ita se habeat, tamen *de facto* malè observari, quod est verissimum. Huic subditorum querelæ, odia, conspirationes & aperta sæpè rebelliones, quæ utrique parti gravia damna, vel etiam extremam perniciem adferre solent, exoriuntur. Sanè Reges  
24 & Principes (ut benè monet Betsius *d. l.*) qui *Regni ac subditorum suorum salutem pro suprenà Lege*, uti omnes justos Principes decet, sibi commendatam habent, etiamsi sint supremi Domini, & superiorem non recognoscentes, quantum possunt, ne hujusmodi oneribus subditos contra fas ac privilegia onerent, prudenter cavere solent. Sed hodiè proh dolor! surdis narratur fabula, dum ubique ferè vulgatum illud apud potentiores prævalet.

*Sic volo, sic jubeo, stat pro Ratione voluntas.*

## CAPUT VIII. & ULT.

Expenduntur aliquot quæstiones collectam maritagii concernentes.

### SUMMARIA.

*An primogenitus Princeps possit subditos collectare pro maritandis appanagiatorum filiabus? n. 1. & seqq.* An

*An appanagiati ipsi collectare possint subditos? n. 7. & seqq.*

*An collecta maritaggi ante divisionem subditorum imposita, postea  
exigi possit? n. 10. & seqq.*

*Adferuntur præjudicia. n. 12. & seqq.*

I,

**I**N istis provinciis, in quibus in domo Principis jus primoge-  
nii obtinet, ac collectæ maritaggi consuetudine introductæ  
sunt, controversia sæpè oritur: *An primogenitus, Regens Prin-*  
*ceps, pro elocandis postponitorum, seu appanagiatorum fratrum,*  
*dero abgestandenen Herren Brüder / filiabus, subditos suos colle-*  
*ctare possit?* In utramq; partem hæc quæstio superioribus annis  
acriter disputa fuit. Affirmativam tuetur Vultejus. *vol. 3. con-*  
*sil. Marp. consil. ult. per tot. quem sequitur Matth. Stephani de*  
*jurisd. part. 1. cap. 7. n. 464. & Dn. & Amic. Myler. in addit. ad*  
*Rumelin. dissert. 5. part. 3. & thes. 14.* atque ita in familiâ Wür-  
tembergicâ usu servari, monet. Contrariam verò negativam,  
pro Duce Holsatiæ defendit latissimè Ernest. Cothmannus *vol.*  
*4. cons. 3. & 4. probabilem judicat Sinoldus. vol. 2. disp. 11. th. 5.*  
*lit. c. in fin.* Et Klockius *d. l. n. 46. ubi ait: præsuppositam con-*  
*svetudinem eò vires suas non exserere, ut & Principes, Duces,*  
*aut Comites actu non Regentes, seu abdicatos comprehendat.*  
Cum Principes ejusmodi qui per pacta à Ducatibus & Provinci-  
is segregantur certo aliquo percepto, id quod suum est conse-  
quantur, ideoq; ulterius nihil petere possint, exemplo filiarum,  
quæ tempore donationis, quod suum est, recipientes nihil in  
posterum petunt. Addit. Dn. Dieterich. *ad A. B. d. l. aliam ra-*  
*tionem, quòd appanagium sit loco hereditariæ partis; jam ve-*  
*rò constare, dotem de jure communi ex bonis patris propriis*  
*solvendam esse, sicut & Appanagiatus reliqua onera, quæ im-*  
*ponuntur personæ pro prædio, ad ratam solve re teneri.* Et  
quamvis quidam pro conciliandâ discrepantiâ Vultej & Coth-  
manni distingvere voluit inter *appanagium proprium & im-*  
*proprium seu conventionale, eam tamen rejicit Dieterich. d. l.*

D 3

quod

quod in Germaniâ nostrâ jura apanagii & primogenituræ de-  
pendeant à pactis conventis, & sunt imperiâ. Limnæus *ad A. B.*  
*tit. 25. obs. 11.* æquum esse putat, ut habito respectu ad exiguam  
apanagiati portionem, quam accepit, primogenitus, illum in-  
dotandâ filiâ sublevet, non tamen ad hoc cogi posse existimat,  
nisi pactum familiæ vel testamentū paternum hoc cui opinioni  
5 & nos injungat, accedere nulli dubitamus. Observantiâ quidem  
contrariam pro affirmativâ allegat H. Jurgens. *disp. de Apanagio,*  
6 *cujus Præses fuit Dn. & Amic. Leiser (habetur, P. III. Exerc. var.*  
*jur. publ. n. 9.)* dum §. *pen.* ita scribit: Præterquam quod apana-  
gium ita, ut pro lubitu de eo, ceu de re aliâ hereditariâ statui  
possit, hereditaria portio propriè non est, observantiam quoq;  
in Imperio nostro diversum svadere volunt, & primogenitum  
ad dotandam filiam apanagiati, cum sit possessor feudorum Re-  
galium & caput familiæ, ceu ad onus feudale obstringunt, sicuti  
propriis sororibus dotem constituere tenetur. Adducitur  
dispositio Elect. Brandenb. de anno 1553. quâ cavetur: *Das der*  
*primogenitus Regens, der andern abgegangenen Töchter / alle /*  
*die sie hinter ihnen verlassen werden / berathen und besteuern / als*  
*ob sie seine leibliche Töchter wären.* Præterea adfertur exem-  
plum familiæ Gutenbergiæ supra adductum. Verùm cum in-  
dè generalis observantia Imperii evinci possit, non immeritò  
dubitamus.

## II.

7 Cùm igitur primogenitus non teneatur ultragenitorum  
fratrum filias dotare, ulterius quæritur: *An apanagiati ipsi colle-*  
8 *ctas maritaggi à subditis exigere possint?* Distingvit Springsfeld *de*  
*apanag. c. 11. n. 208.* an apanagiatus separatim ab Imperatore in-  
vestitus sit, cum jure superioritatis & Regalibus, an non: illo  
casu adfirmat, adhibito tamen consensu Procerum, & sic ab  
Imperatore *anno 1590. 1593. 1596.* decretum fuisse, cum Vultejo.  
*alleg. loc. testatur.* hoc verò casu Regentis fratris interventu  
precariò ab Ordinibus impetrare posse, & sic in Domo Saxoni-  
câ

câ practicum fuisse ait Springsfeld. *d. l.* Quæ distinctio videtur ratione non carere, cum primis autem ad consuetudinem respiciendum est.

### III.

Illud etiam quaesitum meminimus: si subditis collecta 10  
maritaggi fuerit indicta, eâ autem nondum exactâ, illi per divisionem alienati alium dominum nacti fuerint, an nihilominus priori domino indicta collecta sit solvenda? Quod affirm. cum 11  
dominus ante divisionem factam jus quaesitum habeat, quod subsequens divisionis pactum, quod stricti juris, non tollere videtur; & quamvis fortè terminus vel dies exactiois post divisionem demum extiterit, nihilominus tamen obligatio nata est, tempore indictionis, ad quod omninò respiciendum. At 12  
que sic olim, anno 1600. in causâ S. contra S. pronunciavit Facultas Juridica Wittebergensis: his verbis:

Ist in Gräflichen Stamm S. durch eine unverrückte Gewonheit / von Alters hergebracht / daß wann die Gräflichen Fräulinn verheyrathet / das Ehe-Geld / und Ausstattung von den Unterthanen / pflegt gefordert und colligirt werden / dahero E. G. als vor Jahren dero geliebte Tochter vermählet worden / dero selben Ausstattung und Ehe-Geld von ihren Unterthanen auch gefordert / die aber doch / uf ihr unterthäniges Anhalten / weil sie der Zeit / mit vielfältiger Türcken-Steuer belegt gewesen / biß anhero damit verschonet / Inmassen dann E. G. Herr Eydam auf derselben Ansuchen mit der Forderung biß anhero in Ruhe gestanden. Wann nun gleich E. G. nunmehr mit dero Vettern einer andern Landes-Theilung sich verglichen / dadurch Ihre G. das Amt N. zugefallen / und sie dahero solch onus nunmehr auf ihre Unterthanen nicht wollen legen lassen / dieweil aber dannoch zu der Zeit / da wohlgedachtes E. G. Fräulein dem Herrn N. vermählet / und also die Unterthanen die Ehe-Steuer erlegen sollen / gemeltes Amt N. E. G. zugestanden / die es auch innen gehabt / und von den Unterthanen gedachtes Amtes neben andern

4672  
ändern solche gefordert/ So mögen auch berührte Unterthanen/  
nunmehr von Erlegung solcher Ehe-Steuer sich nicht entbre-  
chen/ Es seynd auch E. G. Vettern N. dardurch daß erwehntes  
Amt ihnen iso zugetheilet/ dasselbe zu verhindern nicht berechti-  
get/ V. R. W. Zu Uhrkund mit der Juristen Facultät Insies-  
gel versiegelt.

13 In eandem sententiam pronunciarunt Dnn. Scabini Jes-  
nenses his verbis: Ob wohl die Ehe-Steuer E. Gn. Vettern in  
Zweiffel ziehen/ weil solche kein onus ordinarium, so uf die Leute  
geerbet/ und sie jährlich zu entrichten schuldig/ So wird doch des-  
sen ungeacht/ E. G. die berührte und bewilligte Ehe-Steuer/ von  
den Unterthanen im Amt N. billig gereicht/ und haben sich die-  
selbe darmit/ daß sie auch künfftig N. Fräulinne ausstatten mü-  
sten/ dißfalls nicht zu behelffen/ Alles V. R. W.

Tantum hâc vice  
DEO GRATIAS.



LDN

MC



modu  
regula  
gistra  
ampli  
nima  
cinio  
no de  
pti G

A

Filia  
Bona  
Dimin

Jus p  
Conse  
Addu

V  
nes a  
rient  
cipat  
que i  
muta  
Nov  
nicip

nuptiis cum primis &  
; ita in connubiis Ma-  
um, conservandum  
ben si sà, che per la mi-  
Serva questa di leno-  
a figura intorno ad Tro-  
tor Refutationis Scri-  
ndr. part. 1. capitol. 4.

niâ aut bonis  
anda?

da. n. 1. & seqq.

minutionem dignitatis;

laudatur, n. 8.

um foeminarum dotes  
a ratio, non possessio-  
omine filiabus nuptu-  
ac periculosa sit prin-  
peregrinos, & quando-  
antum omnis ferè Reip.  
nfesso est apud omnes.  
ovi in provinciâ & mu-  
ovi mores, novi hostes  
sequun-

